



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118634**

§. 78. Navarræ Reginae Oratio in Protestantium Senatu habita.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67213)

Sæcul XVI rum potestate erant, a repentina vi pro-  
 A.C. 1569. hibebant.

§. LXXVIII.

*Navarræ Reginae oratio in Protostantium Senatu habita.*

Hoc consilium pariter arridebat Navarræ Reginae, quæ huic Senatui præfens non tanquam mulier periculo consternata, sed heroina fortitudine animata perorabat; præprimis enim Principis Condæi, qui in defensione tantæ justæ causæ fortem simul, & fidam operam ad mortem usque navasset, virtutem, ac constantiam dilaudabat, ejusque exemplo ceteros hortabatur, ut constantiam retineant, & defendendum illud negotium, quod ipsa perperam veritatis causam dicebat, nec non ad tuendam patriæ libertatem, quæ sceleratis inimicorum armis peteretur, animos obfirmet: „Enimvero, inquiebat ipsa, in Condæo Principe, minime intermorta est bona causa, neque eo casu viros pios ex animis suis spem omnem abjicere decet: Deus enim propriæ suæ causæ ita prospexit, ut ejusmodi socios Condæo, dum vixit, dederit, qui ei e vivis sublato, mox præfenti, atque opportuno re- medio succederent: insuper residuus est meus Filius Bearnæ Princeps, „nec

„necnon Henricus ipsius Condæi Fi-  
 „lius, qui ut paterni nominis, sic etiam  
 „virtutis hæres est: hos ergo illico tan-  
 „quam Ductores vestros assumere po-  
 „testis: insuper etiam alios proceres  
 „nunquam bonæ causæ defuturos con-  
 „fido: priusquam vero hi eligentur,  
 „interea exercitus imperium Colinio  
 „Archithalasso deferatur, cum ejus  
 „magnanimitas, prudentia, rerumque  
 „experientia satis perspecta esset

Sæcul. XVI.  
 A.C. 1569.

§. LXXIX.

*Summum exercitus imperium a Prote-  
 stantibus Principi Bearnensi de-  
 latum.*

Absoluto hoc sermone Regina seorsim  
 Filium suum allocuta, eundem hor-  
 tabatur, ut suis partibus minime deef-  
 set: postmodum ipsa Rupellam delata  
 ibi nova auxilia parare meditabatur:  
 dum ergo ejus propositioni omnes con-  
 gregati aquiescerent, hinc cuncti etiam  
 Ministri, ac Nobiles juxta normam eis  
 præscriptam utrique Principi, postea  
 vero milites suis Belliducibus eorum-  
 dem Principum nomine fidei juramen-  
 tum exsolvebatur: porro præprimis sin-  
 gulari prærogativa Bearnensi Prin-  
 cipi datum, ut ipse solus titulo su-  
 premi copiarum Ducis insignis habere-  
 tur, eoquod primus Regiæ stirpis Prin-  
 ceps.

Thuan. l. c.  
 Dupleix p.  
 748.